Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26831
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ecce accipit sacramentum natiuitatis homo baptisatus. sacramentum habet. magnum
sacramentum. diuinum. semen. ineffabile. Considera quale. ut nouum hominem faciat
dimissione omnium peccatorum. Attendat tam incor. si perfectum est ibi quod factum est
in corpore. uideat si habeat caritatem. et tu dicat natus sum ex deo. Si autem non habet
caracterem quem impositum habet. si desertor uagatur. Habeat caritatem. alter nisi
dicat natum ex deo. Sed habeo inquit sacramentum. audi apostolum. Si scia omnia sacramenta
et habeam omnem fidem ita ut montes transferam caritatem autem non habeam. nihil sum.
Hoc si meminisset commendauerim cum ista epistolam legere incipere. nihil nobis
uisa sic commendari quam caritatem. Et si uidet alia. alia dicere illo facit re
ditum. et ad ipsam caritatem omnia uult referre. quecumque dixerit. Videam si et
hic hoc faciat. Attendite. Omnis natus ex deo non facit peccatum. Querimus quod
peccatum. quia si omnes intellexeris exterrari eris illo loco. si dixerimus quia peccatum
non habemus nosmet ipsos seducimus. Iuxta nos non est. Ergo dicat quid pec
catum. doceat nos. ne forte ego temere dixerim peccatum hoc esse uiolationem
caritatis. quia sicut supra dixi. quodcumque fratrem suum intenebris est. in tenebris am
bulat et nescit quo eat. quia tenebre excecauerunt oculos eius. Sed forte aliquid dixi
in posteriorib. in nominauit caritatem. Videte quia circuit ille uerbum.
hunc habet finem. hunc habet exitum. Omnis natus ex deo non peccat. quia semen
eius in ipso manet. Semen dei. uerbum dei. Unde dicit apls. Euangelium ego uos
genui. Et non potest peccare. quia ex deo natus est. Dic adhuc. uideamus inquit
non potest peccare. In hoc manifestati sunt filii dei. et filii diaboli. Omnis qui
non est iustus non est ex deo. et qui non diligit fratrem suum. Certe manifestum est unde dicat.
Et qui non diligit inquit fratrem. Dilectio quippe sola discernit inter filios dei. et filios di
aboli. Signent se omnis signo crucis Christi. respondeant omnis amen. cantent
omnis alleluia. baptizentur omnis. intrent ecclam. fabricent parietes ba
silicarum. non discernunt filii dei a filiis diaboli. nisi in caritate. Qui habent
caritatem nati sunt ex deo. qui non habent non sunt ex deo nati. Magnum indicium. magna
discretio. Quid quid uis habe. hoc solum non habeas nihil tibi prodest. diu si non
habeas. hoc habe. et implesti legem. Qui enim diligit alterum. legem implebit
ait apls. Splendidus legis caritas. Puto istam margaritam esse illam. ubi homo
negociator describit in euangelio. quinuenit unam margaritam. iuendi
dit omnia que habebat. emit eam. Hec est margarita pciosa. caritas sine
qua nihil prodest quicumque habueris. quam solam si habeas sufficit. Modo cum
fide uides. tunc cum specie uidebis. Si enim amamus cum non uidemus. quam am
plectimur cum uiderimus. Sed ubi debemus nos exercere. In amore fratrum.
Potes mihi dicere non uidi dm. nunquid potes mihi dicere non uidi hominem.
Diligite fratrem. Si enim fratrem quem uides dilexeris simul uidebis et dm. quia
uides ipsam caritatem. Iuxta in habitat ds. Qui non est iustus non est ex deo. et
qui non diligit fratrem suum. quia hec est annunciatio. Videte quam confirmat.